



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Auszführlicher Bericht/ vnd gründliche Warheit Von einer  
vnd beyderley gestalten desz allerheiligsten vnd  
hochwirdigsten Sacraments deß Altars**

**Bellarmino, Roberto**

**Gedruckt zu Meyntz, 1596**

**VD16 B 1593**

Apostrophe Ad Librum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36477**



## APOSTROPHE AD Librum.

**I** Liber, occidui peragra loca Teutona mundi:  
Incide multorum, parue Libelle, manus.  
Mystica fers etenim caelestis fercula mensae,  
Nocte sub extrema quae DEVS instituit.  
Eia age, belle liber, sublimi plaudito voce,  
Munera sacrifici Melchisedechis habes.  
Melchisedechis habes, quae praecessere, figuras,  
Angelicaeque dapes, quibus recreatur homo.  
Quid trepidas? aut cur refugis conuitia Momi?  
Omnia qui saevo rodere dente solet?  
Liuidus haud ullis didicit benedicere Zoilus,  
Cuius nec morsu tutus Homerus erat.  
Sed valeat Zoilus, valeant conuitia Momi,  
Ante fores vigilans saeuior hostis adest.  
Saeuior hostis adest, quo non crudelior alter,  
Qui figet dentes in tua scripta, Liber.  
Sed quis erit Machues, nostram qui carpit Opellam?  
Pestifer haereticus, Fex inimica DEO.

)( 3

Fex

Fex inimica D E O, quæ, quod non perdit, id ipsum  
Polluit, aut mutilat, nil finit esse bonum.  
Nil finit intactum, permiscet sacra prophanis,  
Peruertitq; suo digmata sacra stylo.  
Hæresis horrendum Monstrum, lethale venenum,  
Dira lues cunctis, Tartareumq; malum,  
Quò non Hæreticus penetrat? quid non meditatur?  
Sæpè Dijs ipsis tristia bella mouet.  
Si bellum Superis indicit perfidus hostis,  
Quid non continget, parue Libelle, tibi?  
Concipe spem firmam, nec totus concide mente,  
Propitiante D E O, deniq; victor eris.  
Deniq; victor eris, prædam referes & opimam,  
Vulneribus læsus deniq; victor eris.

M. K. N.



An den



